

miliaribus sito de predio suo in Cwecen villa sua, que est sub ditione nostra, | iuxta Salam fluvium in medio Gene et Thorenburgh mansum unum persolventem annuatim circa talentum et partem unius silvule circa xxx agros in latere collis, qui a villa respicit ad occidentem, ad plantandam ibidem vineam et ex virgultis eam colendam pro xxx duabus marcis non sine intuitu divine retributionis. Ut autem hoc firmum et inconvulsum per- 5 maneat, donationem suam coram nobis et quibusdam fidelibus nostris confirmavit. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini $\overset{\circ}{M} \overset{\circ}{C} \overset{\circ}{LXX} \overset{\circ}{XX} \overset{\circ}{X}$, xvi. kal. octobris in antemurali Duringeburch^{b)} castro nostro Theoderico de Capellendorph suscipiente usucapionem^{c)} vel donationem, indictione^{d)} xv, regnante Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore, anno regni eius xxxi, imperii xxviii. Testes horum sunt Heinricus de Allerstede. Conradus 10 de Rozbach. Theodericus de Gocerstede. Ekehardus capellanus. Arnoldus ministerialis de Nuenburgh. Cōnemundus, Christianus, Fridericus, Ra[dy]ardus cast[e]llani^{e)} de Duringeburch^{b)}. Hermannus, Heinricus fratres de Sulce. Heinricus de Wimar. Herdegen de Gocerstede. Burchardus de Isscerstede. Bertoldus de Tutheleve et alii.

(S.J.)

15

467.

Kaiser Friedrich I. beseitigt einen zwischen dem Landgrafen Ludwig III. und dem Abte Siffried von Hersfeld wegen der durch den Tod Graf Heinrichs, des Landgrafen Bruders, erledigten Hersfelder Lehen entstandenen Streit.

Erfurt, 1182 Nov. 30.

Hdschr.: Or. Perg. 2 Exemplare (A. B) Staatsarchiv Marburg. Phot. H. St. A. Das S. von A an blauseidener, von 20 B an hanfener Schnur = Heffner V. 33.

Gedr.: Wenck, Hess. Landesgesch. 2 Urkundenb. 115. Stumpf 4330.

:Fridericus: divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Equitas et providentia imperiali | sollertię suadet et || exigit, ut ea, que auctoritate imperiali in presentia nostra geruntur sive iudiciali sententia decernantur seu compositione || transi- 25 gantur, litterali memorię commendemus et, ne in posterum partes iudicio | vel pacto refragari valeant, auctori||tatis nostre munimine roboremus. Ea propter notum esse volumus fidelibus imperii presentibus et futuris, quod^{a)} nos interpositione parcium^{b)} nostrarum et debiti ad pacem officii litem illam, que inter dilectos nostros Sifridum abbatem Hersfeldensem et nepotem nostrum Ludhewicum^{c)} lantgravium Thuringię diu agitata est super 30 feodis et beneficiis, que bone memorię comes Heinricus frater eiusdem lantgravii ab abbate Hersfeldensi tenuit, hoc modo sopivimus. Abbas lantgravio in feodum dedit omnia illa beneficia, que ab ipso comite Heinrico alii inbeneficiati possederunt, illa vero beneficia et feoda, que idem comes Heinricus ad manum suam habebat, usibus suis mancipata et eo defuncto sine possessore inventa sunt, videlicet advocatiam Hersfeldensem in monte sancti 35 Petri, in monte sancti Iohannis, in Rorbach, in Owila, Dankinrot et triticum in Bibera,

466. b) duringeb. c) uscipiente usucapionem. d) inditione. e) R. c. Loch, ergänzt nach No. 445 und den in der Urkunde sichtbaren Buchstabenresten.

467. a) volumus presentibus et futuris imperii fidelibus, quod B. b) partium B. c) Lüdhwicum B.